Exponitur hoc Evangelio, VERBI (Joh. 1, 14.) CARO factitum:

- 1. Nativitas, ſecundum Circumſtantias ſuas:
  - 1. Temporis, quando DEUS, Homo natus ſit: Tunc, cùm primum Decretum à Cæſare Auguſto exiret, ut cenſeretur totus orbis, v. 1. Decreti
    - 1. Promulgatio, præſide Syriæ Cyrenio v. 2. — Gen. 49, 10.
    - 2. Executio, v. 3.
  - 2. Loci, ubi ſit facta Nativitas: Bethlehemi, v. 6. 7. — Mich. 5, 1.
  - 3. Perſonarum ſeu Parentum; ut ſunt:
    - 1. Joſeph, Pater Chriſti putatitius, Luc. 3. 23. Cujus obedientia ad Imperatoris mandatum hic valdè commendatur: quod cum deſponſa ſibi uxore, eaq; prægnante, de Nazareth Galilææ, in Judæam Bethlehemum usq; profectus eſt, v. 4, 5.
    - 2. Virgo Maria Deipara, v. 5. quâ de tria recenſentur:
      - 1. Quòd cum Bethlehemi eſſet, ipſi dies pariendi completi ſint. v. 6.
      - 2. Quòd pepererit Filium, ſuum primogenitum. — Eſ. 7, 14. Heb. 7, 3.
      - 3. Quòd infantem faſciis involutū, in præſepi reclinaverit, facti hujus ratione unà redditâ, v. 7. (NB. τὸ, αὐτοῖς: —Pauper ubiq; jacet) — Eſ. 7, 14. & Heb. 1, 6.
- 2. Revelatio. Attendatur ejus;
  - 1. Materia circa quam, ſive Perſonæ, quibus revelatio primò omnium facta eſt: Hæ paſtores fuiſſe dicuntur, officium ſuum, noctu etiam, diligenter facientes, v. 8.
  - 2. Organon & nuncius cœleſtis: Angelus DOMINI, v. 9.
  - 3. Modus, ſive Oratio quæ eſt conſolatoria, cujus obſerventur:
    - 1. Occaſio, quam ipſi præbuit timor Paſtorum, ex Gloria illa DOMINI, quæ ipſos circumfulſerat, perceptus, v. 9.
    - 2. Partes formales quatuor:
      - 1. Propoſitio: Ne timete, v. 10.
      - 2. Narratio, cui utilitatis ratio ineſt, v. 10.
      - 3. Declaratio, v. 11.
      - 4. Confirmatio, á
        - 1. Signo paſtoribus dato, quo recens natum Salvatorem agnoſcere debeant, v. 12.
        - 2. Δοξολογίᾳ, ſeu hymno militiæ cœleſtis τρισαγίῳ. v. 13. 14.

Domi-